potuit, quorum pretium nondum in area est, sed
in tabulis debetur. Quaedam adhuc vendi non potue-
runt. Interea missum est a generosi comitis clementia
edictum severum. Ne posthac in illis conspiciatur
regionibus. Quid faciet miser in tanto discrimine re-
rum suarum? Habet adhuc ille aediculas, habet bo-
ves, quarum lacte caseoque uxor ad infan-
tem alendum. Habet postremo debita quaedam tum
frumentaria, tum pecuniaria, quibus exigendis, aut
alienandis, nisi abeundi et redeundi impunitas con-
cedatur, in patriis opibus magnam iacturam faciemus.
Scimusque te esse magnum patronum: si homine [illegible]
desseng (quod Deus prohibeat) tuo patrocinio tuti
consistere possemus: Confugimus igitur ad tuam ae-
quitatem et bonitatem, ne summo edicti iure
urgeamur, sed aliquid de iuris rigore, quae e ipsa
vox indulgentiae in tertio anno, remittatur. Ipsa tibi,
tuisque dulcibus liberis Deus benedicat, quoniam te
semper expertilum defensorem et patronum no-
strarum rerum scholasticarum. Dabitur opera
vicissim, ut nec immemores nec ingrati reperi-
amur. Vale vir multis ingenii doctrinaeque dotibus
ornatissime. Quinto Idus Martii 1578. Bremae in
schola

Senex iuvenum custos.
Tua [illegible] fretus
Johannes Molanus.

Pax Christi. [An Limbenannt] 313

Nicolaus iste sutor Bremensis, Venerando Do- [= Mscr. a. 7.
[illegible] ante annos decem quum vacillaret iam in ore Nr. 318]
alieno, confirmandae rei suae causa mutuo a me
accepit, ut de fide amico nego, sutorium [illegible]
[illegible] taleros viginti quam sanctissime pro-
mittens, se eam pecuniam prima occasione
fidelissime redditurum. Cum quoad Bremae
[illegible] appellavi, non negavit unquam debitum:

tandem Johannes quidam Wallerus, quem ipse
in convictum suum receperat, Thomae suum
homo bene vestitus mihi vendidit daleros duobus.
ze: Nicolaus decidit summae debiti. Reliqui fue-
runt igitur Daleri octodecim, quos imperiales vo-
cant, de quibus quotannis commonefactus tum co-
ram etiam per literas, tandem provocatus, severq;
monitorem contempsit. Verum literis quidem
meis, quas hic honestis viris crebras ad eum
dedi, respondere noluit. Nuper nactus tabellari-
um vestrum percontatus sum, quae ratio esset
istius fori? quae spes fugitivae istius pecuniae re-
prehendae? Is vestri praetoris aequitatem mi-
rifice commendans, mihi auctor fuit, ut tibi
negotium committerem, istius pecuniae quae rende-
facili et compendiaria via id confici posse pla-
num fore confidam, praesertim quod non dubitarem
ni tam justa causa me vestri magnos fauto-
res habiturum esse. Sed est ille meus debitor
ita versipellis et callidus: ut magna spe nihil non
possim. Mihi adde catenas; Effugiet tamen
haec scelestus vincula Proteus. De Wallero, qui
ostendit, verum est, nihil illi neque reddidit neque
debuit. Venerat is Bremam ex Brabantia, ubi
olim ejus fratres habui discipulos, itaque mihi
cum eo nulla necessitas fuit. Aiebat se velle
apud honestum civem commorari liberaliore,
ego, adduxi eum ad Nicolaum Bote; Quomodo in-
ter se pacti sint, quibus conditionibus tot annis una
vixerint neque scio neque ad me attinet. Alter
(quantum intelligo) labefactavit alterum. Ejusdem
artis est illa jam perendinatio, quam de prae-
ceptore postulat, hic agit scilicet, ne quid red-
dat. Nam abeuntibus [illegible] . . . . alter
ceteribus, quorum solet esse interpres, et inter-
nuncius

nuncio sub hyemem proximam reversus Bremam de A. 1576.
me et prætorem vestrum ludificabitur. Bremæ, quod
scirem nihil est; peregrino adversus civem nulla sa-
tis firma potest actio esse. Quamobrem si eo adduci
posset, ut vel ad S. Michaëlis redderet, quod ante de-
cem annos debuit, reciperem id ipsum placidissima
conscientia, et vobis magnas gratias agerem. Ceterum
ego eam rem totam æquitati prætoris permitto.
De dissidiis nostris æquissima tua oratio est. Ne-
sperari exigi potest, liceat mihi in amicissimum effun-
dere quod in eadem palæstra mihi infeliciter ce-
cidit. Nostri hos magistros homines pios, Henri-
cum Caleb. et Antonium meo convictu multum diu
usos esse, quæ prima res M. Marcum in me incendit.
Valde enim infesto animo uterque se opposuit M. Mar-
co. Neque ulla in terminis ratio potest gratiæ inter
ipsos sarciendæ. Ante menses quatuor, cum ex
more scholæ hujus adolescentes ad pietatem exer-
cendi et ad S. Synaxin deducendi essent, atque ego
ex officio, tum discipulis, tum aliis magistris dux
et hortator ad eam rem esse deberem, sed sedulo,
non solum ut meos: sed etiam ut meipsum in con-
dorem. Itaque propositis in scholis doctrinis et ad-
hibitis crebris exhortationibus, optime a-
nimatis, frequentari sacros cœtus, et ne qua
interveniret ægritudo, rogavi nostrum Anti-
stitem, per ejus nepotem ex fratre et collegam,
ut in istis concionibus, quibus juventus de S. Domi-
ni Cœna informanda sisteretur, non attinge-
ret illa Monachorum sophismata, substantiale,
essentiale, substantialiter et essentialiter etc.
quibus futurum esset ut impeditæ conscientiæ
a participatione absterrerentur. Ostenderet
potius, quæ esset ratio probandi se ipsum et è

salute sanctissimo sacramento utendi. De S. Coe-
na verba fecit Nepos die Mercurii, patruus
die Jovis, uterque inculpate et integre doctri-
nam sacram tractarit, quam ob rem quieto
et alacri animo adolescentibus studiosis et ma-
gistris, ad manducandam Domini coenam me
adjunxi. Hoc meum factum adeo Hinri: Sal:
et Antonium offendit: ut deinceps abstinu-
erunt mea consuetudine, dictitantes me de-
flexisse de via et veritatis defensionem destru-
xisse. Quasi, qui in Ecclesia Sacramentis uta-
tur: is continuo omnes omnium ibi docentium
errores confirmet: aut quasi hoc Marci sit coe-
na, ac non potius ipsius Christi, qua ego demum
sar cum gaudio cordis, quod licebit facere
id sine contagione idoli, cum aperta purio-
ris doctrinae confessione. Nunc itaque neque
M. Marco familiariter uti possum, neque
istis Magistris. Bis vocatus a me ad prandium,
in Salisburgiis, quod nunquam ante diffugeram,
voluit adesse. Persuadent iis a quibus hic co-
luntur, hunc senem pessimo exemplo et scho-
lae magistros, et discipulos labefactasse.
Respondi indignum esse damnari me in eo,
pro quo gratias ago. Dei beneficio intelli-
gere hunc senem Quas res fidelis Dei cul-
tor vel facere cum bona conscientia possit
vel omittere. Ne temere subjicerent
suo judicio servum alienum. Caeterum
quum placari non possent, ne major dis-
tractio fieret, totus incumbens ad fungendum
opus ac munus scholasticum: suum cuique caput,

et suum cuique sensum relinquo. πάντες γὰρ πα-
ραδηδόασι τὰ σημεῖα τοῦ Χριστοῦ gaudeo saltem
sine fine meo studio, ab illis odii plenis contenti,
omnibusque exclusum esse, atque nemo me imposterum
facile retraxerit. Non tamen sustinere certa-
mina pro defensione salutaris doctrinae: sed hoc
agam in schola, suo meo loco, idque sine odio et
animi acerbitate. Dn. Sterbeccius a Lunen vir
egregie tum doctus tum pius recessit se huc ven-
turum Ende, ut litem nostram componeret.
Sed dum illic S. Coenam cum piis celebrat, Deus
eum assumpsit. Scripsi ejus Epitaphium con-
jugis viduae rogatu, quod vobis propediem si Deus
volet mittam. Non est satis dignum tali viro
sed ut quimus aiunt. Consobrinus tuus Erzhard We-
string homo eximie doctus cum huc subvexisset sese
appulisset nobis parvam temporis usuram con-
cessit, affirmans, se esse comites, quibuscum pro-
xima luce in viam sese daret, in coenam meam sibi ad-
junxit inter scyphos de variis rebus jucundissi-
me collocuti sumus. Senatus noster auctor fuerat
ut mecum ad eum veniret Syndicus: sed is in ami-
ci sui nuptiis prolixius sese invitarat, ipse igitur
dedi operam, ut hos scholarchas ad hilaritatem
provocaretur, et porrexi frontem quoad potui.
mirum in nobis movit quam steterim in aestu
dum praeter aetatem meam credidor in fabulis
et facetiisque videri. Nepote tuo ex fratre Cos. Ado-
lescente suavi ingenio ambabus ulnis amplexus su.
is mihi reddidit alteras tuae Excell. literas.
Quibus nondum perlectis, apprehendi epigramma, s-
contextus de ipsius et Nicolai studiis, cognovi ea,
quae ad praesentem studiorum exaedificationem perti-
nent, abunde ipsis adesse. Rogavit ut sibi

liceret ingredi scholam, et inspicere tabulas lectionum. Aberat in juventus cum tempus coenandi esset. In juventute sita est omnis scholae nostrae splendor, ea gaudium est, ea corona, et aerumnosae vitae corona. Est autem populare, et velut ex trivio est, quicquid à nobis praestari potest: vincimus tamen Academicum vestrum labore, studio, et assiduitate exercitationis: Quam quidem rem cordatus juvenis necdum ... plurimum conducere ad perficiendam incunte aetatis institutionem. Querebantur de Theologia, hoc est, verae germanaeque pietatis studia disjecta illic misere et prope dissipata esse. Atqui hic lucerna extincta: quam tandem viae suae ducem habituri sunt adolescentes quae nam erit lux artium reliquarum? plura itemidem non instrumentifera suavissimae conta... donec imminente jam vespera, rursus complexus Everhardum vestrum ejusque aetati bene precatus, eum ad legatos remisi. Dum haec scribo perlatae sunt Dn. Joh. Lampert literae quibus adjuncti erant 35 dal. quos continuo ipse M. Hinrico Salcburgio reddidi, is chirographum dedit, quod Dn. Joh. Lamper Cos. remittam. Sed ego profecto nimis prolixe et putide tuis eruditis auribus abusus sum. Vale 13. Augusti 1578. Bremae. Precor salutem clariss. Cos. tuo fratri et consobrino, cui gratulor novam nuper in Republica partam dignitatem .... tuorum custodis literas accepi, quibus per otium alias respondebo. Iterum vale Doct. Clariss. et nos in Christo perge amare cum dulci conjuge et cum pulchra prole.

Juvenum Vetus Curator.

Joh. Molanus.